

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Sanctae Mechtildis virginis ordinis Sancti Benedicti Liber specialis gratiae**

**Mechthild <von Hackeborn>  
Mechthild <von Magdeburg>**

**Pictavii, 1877**

Caput XI. De flagello domini.

[urn:nbn:de:bsz:31-60070](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-60070)

riam gestaverit, hoc erit merces laboris ejus, quod cum primo anima ejus a corpore exierit, nusquam nisi in Corde meo mansionem habebit. »

## CAPUT XI.

## DE FLAGELLO DOMINI.

**V**IDIT aliquando Dominum stantem, aureum flagellum manu tenentem, sibi minantem. Tunc illa corruit in terra, et flagellum Domini amplexabatur. Idque dabatur intelligi quod homo cum gratitudine dona Dei suscipere debet, tam prospera quam adversa. Dominus autem elevans eam, tunica rubea eam induit plena foraminibus, dixitque illi: « Sic corpus meum in passione totum erat undique perforatum et doloribus laceratum, ut a planta pedis usque ad verticem non esset in me vestigium sanitatis. » In hoc præfigurabatur quod molestia infirmitatis eam in brevi erat oppressura.

Anima  
flagellum  
sibi minax  
amplexatur.

Vidit etiam Dominum aureum calicem retro se tenentem: per quod intellexit quod dulcedinem quam Deus animæ infusus est, ista necdum videt neque gustat, sed est in Deo abscondita, a quo bona cuncta procedunt.

## CAPUT XII.

## QUOD IN SUA TENTATIONE FUIT CONSOLATA.

**H**ANC Dei famulam diabolus valde ac sæpe tentationibus infestabat, sicut etiam quosque Deo devotos consuevit